






19-68



3  
13.7-20.463



206

R-16603

*Juny 1704. II. Pag. 171.*  
¶ Breue epithoma rex apud Malacam gestay año .M. cccc.lxxxv.i. editū per .D.Murum Reuerēdissimū .D. Cardinalis hispanie Secretariū ad Reuerēdissimū prēm & amplissimū .D.D.Io.epm albanē. Cardinalē Ande/ gaucē. ex castris missum.

¶ Sperans quotidie deditonē Ciuitatis Malace Reuerē/ dissime pater & amplissime dñe: distuli scribere: que in expeditiōe huius estatis contra Granatēses. et precipue in hac Malacēli obsidiōe (que maxima & difficillima fuit) a nostris gesta fuerint. Nunc autē postq̄ nostri uoti cōpotes effecti sumus q̄ breuissime potero latissaciā. Se renissimus dñs noster Rex ingēti equitū peditūq; cōpa to exercitu circiter nonas Aprilis multis proceribus co/ mitatus: e Corduba copias mouēs Bellez Malacā duode uiginti milibus passuū a Malaca distantē: cōtinuis itine ribus peruenit. pulchrā quidē urbē: & arte & natura mu nitā: quā & obsidiōe cinxit: & ui & armis oppugnauit. Regēq; Granate: cū infinita maurorū multitudiē oppi danis subsidū ferentē fudit: fugauitq;. Mox urbē ipsam in deditiōē accepit. pulsūq; hostibus ualido p̄sidio fir/ mauit. Inde cū uictore exercitu in Malacā cōtēdit. urbē maritimā: & oīm hispaniay ciuitatū pulcherrimā: mu/ nitissimāq;. & quanq̄ in littore maris: & in plano sita: ob/ sideri tñ difficillima: Tū q; multis cōuallibus: ab oriēta li plaga circūdata: ob idq; non nisi magnis copiis obli/ deri potest. Tū q; aquis fontanis: & fluuiatibus caret. q; nisi multe in agris cilterne: exercitibus: eqs: iumētis aq̄m prestantes: inuēte fuerint: obsidiōē solui necesse fuisset Quo cū peruenit non longe a menibus urbis castrame/ tatus est. Oppidani (suū excidiū cernētes) ex urbe irrū pūt: nostrosq; dū castra locātur ualidissime inuadunt: a quibus adeo strēue excipiūtur: ut magno accepto in/

cōmodo intra menia se recipe coacti sint. Deinde firma  
tis castris: locisq; oībus quē hostibus accessum prebere  
possent: a mari ad mare: uallo & fossa munitis ciuitas un  
diq; oppugnari cepta est: & in primis suburbia instar ci  
uitatis turrita: multisq; ppugnaculis munita ab armigeris  
Reuerendis. dñi mei Cardinalis Hispanie: qui sub dño  
Furtato Mēdoza eius fratre in ea urbis parte pugnabāt:  
ui & armis expugnata sunt. Multis tñ nřoz in ea expug/  
natōne desideratis. Dum hęc agerent Serenissimus Rex  
ratus hostem breui deditōem tacturū (uti qui aggeribus  
arretibus: cuniculis: balistis eneis ferreisq; tormentis & ma  
chinis bellicis terra mariq; quotidie oppugnabant) (Sere  
niss. dñam nrām Reginam uoluptatis grā acceriri iussit  
Cordubę enī erat pecunias cōmeatus supplementū &  
reliqua bello necessaria imperans: ac uiro mittens. Cuius  
maiestas Regi obteperans una cū memorato Reuerēdis.  
dño Cardinali: aliisq; prelatis & pceribus: paucis diebus  
in castra puenit. Ope precū fuit intueri Regia castra: di  
uersarū regionū exercitibus cōmunita: cōmeatibulq; oīs  
generis adeo habundātia: ut Romę in Campoflore nō  
in castris uersari exultantes. Classis preterea multis trire  
mibus & rostratis nauib: aliisq; in modicis nauigiis e/  
gregie instructa loca maritima tutas: pulchrū spectaculū  
fuit. Vexlōge secus q̄ putaueram? euenit. Oppidani aut  
preter oīum opinione (quāq; multis undiq; malis cō  
flicti. q̄ppe ingeniū sepe mala mouēt) nō contēti intra  
menia se cōtinere: urbēq; defendere: uinci q̄ nō tētare ui  
ctoriā malebāt. Itaq; zagri eorum duce adhortante: uiro  
acris ingenii: & rei militaris pito: irruptōes ex urbe facci  
re: in certamen p̄dire: p̄lia cōmittere: castra & munitōes  
imp̄erriti oppugnare: nřos quotidie laceffere: nililq; pre  
termittere qđ ad fortēs & strenuos uiros p̄tineret. Nostri  
quāq; hostē despatōe rex oīa conantez luce clarius cer

nebāt: nequaq; tñ sibi decrant: aut certamen detractabant  
Sed eoz impetū ita acriter reprimebant: ut barbaros au  
dacię plerūq; pigeret: undiq; cedens strages maxima: &  
dura belli facies. Multa & lris & memoratu digna. R. do  
mine in hac obsidione accidere: q̄ ideo p̄termitto: q̄ sin/  
gula psequi arduū cēt. Barbaz tñ stratagema facinus au  
dax: prę ceteris memorabile: posteritati cōmendandum  
fuit. Quidā Mauroz audacissimus quē eoz secte cultor  
res Sanctū appellāt: audito Malacensiū discrimine: se au  
xilio illis futurū: obsidionēq; soluturū: publice pollicitus  
est. Itaq; iactabundus p̄multos adhortans: ad tercentos te  
meritatis suę comites habuit. Quoz centū & triginta: ul  
circiter duceq; secuti: diuersis tramitibus noctu in castra.  
Regia puenērunt: presidioq; stationū: per fraudem de ce  
pto: p̄tim ad suos penetrarunt: partim a nostris insequen  
tibus capti: partim trucidati fuerūt. Sāctus tñ dedita opa  
a suis paulo diuertit rem diuinā se facturū simulans: a noi  
stris (idipsum machinans) capitur: & ad Marchionem  
Gadicensem (cuius auspiciis qui eū ceperāt militabāt)  
perducitur: militibulq; custodiendus traditur. Is postri/  
die se in somniis uidisse fingit Malacā intra septē: signor  
ans: dies: menses uel septimanas capiendā fore. alia se/  
cretiora soli Regi expoliturus. Marchio iocandi gratia  
potius q̄ barbare superstitioni fidem habens illum (cuz  
armis & uestibus quibus captus fuerat) ad regem mittit.  
Forte Rex tunc quiescebat Christianissima Regina seu  
incredibili prudentia (qua maxime prestat) ducta: leu  
diuino numine afflata quod magis affirmare aulim at/  
tenta eius singulari religione & probate uite morūq; san  
ctitate. uetuit: ne anteq̄ Rex a quiete surgeret introduce/  
retur. Tunc milites ad tentoriū Marchionisse de Moya  
qđ prope Regiū erat illū pduxere. Sanctus intromissus  
egregiā mulierē cernēs aureis uestib? ornatā: forma exi  
miā & cultu notabilē ac iuxta eam Aluaz Brigancium

Lusitanū: iuuenē quidē splendidū: & modestia & graui-  
tate p̄ditū: ratus Regem & Reginā fore: colore mutato:  
paululū subleuit. Interrogatus unde: aut q̄s esset: lingua  
eius: pre nimia p̄petrandi sceleris turbatione: adeo arida  
facta est: ut balocientī similis: ne uerbū quidē respōdere  
quāuerit. Marchionissa illū sitire existimās: a quā afferri  
iussit. Sanctus tñ nō ultra cunctandū ratus: districto mu-  
cronē: ictum in ipsam totis uiribus contorlit: a quo deo  
custod. ēte ille sa euasit. Inde dicto citius mēoratū Alua-  
rū: graui ac p̄pe letali uulnere in capite affecit. Attoniti  
accurrūt circustantes: & plura conantē cōprehendūt: ar-  
ma q̄ auferūt. cum q̄ secreto pugiōe: eos p̄cutere cōtēde-  
re: mulieribus confossus est. eius q̄ cadauer quadripartitū  
per machinas in ciuitatē a pueris: cum hac uerborū ex-  
probatiōe: imprudēter missum. Sanctus hic uester est  
per terrā nuper incedens: nūc per aera uolans. Quod op-  
pidani ita idigne tulerūt: ut iūctis mēbris: & in sepuchro  
p̄ciolissimis aromatibus de more cōditis statim de uin-  
dicta cogitarēt. Itaq̄ haud multo post: par pari referen-  
tes: Captiuū Christianū: uariis cruciatibus necatū: mem-  
bratim q̄ laceratū: a sello iponūt: ac in castra mittūt. Cu-  
ius certe Christianissimi Reges adeo miserti sunt: barba-  
rorū q̄ imanitatē detestati: ut in deditiōe urbis egre de-  
scenderint: ad ignoscēdū occisoribus. Ossa preterea de-  
functi: honorifice sepeliri: parētes & cōsanguīeos ūdiq̄  
cōquisitos: muneribus honestari: ac in p̄cio deinceps ha-  
beri imparūt. Dicerē aliquid hoc loco: nec ab re: de lau-  
dibus tantoꝝ Regū: ueritus tñ ne si eoz p̄stātes in omni  
genere uirtutis animos: uerbis consequi uelim: prius me  
dies: q̄ materia: deficeret: simul q̄ tanta est eoz prudētia  
iusticia: integritas: pietas: & religio: ut eos facilius admi-  
rari: q̄ laudari liceat. Hec in aliud tempus omittā. Igitur  
unde digressi sumus redeamus. Oppidani iterea sepius

moniti: ut deditiōnem facerent: non expectarent: ubi uē-  
niē locus non esset: fore ut saniori usi consilio: per collo-  
quia sibi: uxoribus: caris liberis: fortunis q̄ suis consulē-  
rent. Non modo Regia mādāta cōtemplere: sed quēdāz  
ex suis bene monentem: ciues q̄ suos ad sanitatem redi-  
gere studentem: amputata manu: ad nostros paulo post  
ex uulnere moritūz aufugere coegerint. Ceterū fuit in ur-  
be Sanctus quidāz priori nequāq̄ dissimilis. cuius opera  
& superstitiōe zagri Dux homo uersutus: & q̄libet lubi-  
tis paratus: ad animos ciuium falsa religione imbuēdos  
& quo maxime uellet impellendos utebatur. Is furis agi-  
tatus mētuit se nocturna colloquia cum Mahumeto ha-  
bere: unde suos non modo non desperare: sed bono ani-  
mo esse iussit. breui futurū prediās: nostros ingenti cla-  
de superandos: & in fugam uertendos: obfessit: & ipo-  
litis & cōmeatibus oblidentium potituros. Semel itaq̄  
Sancto p̄cedente: & reliquos se sequi adhortante: pau-  
lo ante solis ortum per portam maritimā: quē uergit ad  
occidentem egressi: in castra irrumpunt: statōem q̄ An-  
tistitis militiē Alcantare a custodibus & uigilibus pau-  
lo ante desertam inuadunt demolunturq̄. eoz impetu:  
usq̄ ad tentorium ipsius Antistitis omnia uastātes: & ob-  
uios quosq̄ trucidantes accedunt. Quod si Cutuiros for-  
tes decuit ultra contendissent: ea certe die de magna no-  
strorum parte actum esset: aut saltem ingenti clade nos  
affecissent. Antistes tamen licet adolescens: non sibi de-  
fuit: sed cum paucis ordinis religiosi agarenis obuiam  
factus: eorum inpetum primo retardauit: & paulo post  
Regis armigeris subsidium ferentibus fretus: hostes in-  
uadit: ac in ciuitatem pellit. Itaq̄ male accepti: permul-  
tis eoz occisis: pluribus uulneratis: in urbem se recipiunt.  
Hec ultima eorum irruptio fuit. Dicere non p̄termit-  
tam hoc loco moderationem fortis zenetti Gomeroy

Ducis (sic enim Gomera insula oriundos: qui inter eos  
fortiores habentur: appellant) qua in quosdam pueros  
Christianos usus est. Virtus enim & benefacta: etiam in  
hoste laudanda sunt. Is cum omnes preisset: puerosq; in/  
ermes in statione dormientes offendisset: non modo nō  
occidit: cū impune posset: sed & a somno excitauit: et ut  
Mauros uenientes fugerent manu ac uoce iuuit: tutosq;  
abire permittit. Pueri igitur barbari bñficio uita donati: ad  
nostros incolumis euasere. Inter hęc obsidio ad quadri/  
mestre uel circiter protracta est: quā tandē inuictissimus  
Rex cōstantiūne absoluit. Nam cū obsessos oppugna  
re adortus: itaq; ad rem pagendā machinas & tormenta  
bellica pmulta (diuersi generis) pari iusserat: Galleci pro  
uincię Cōpostellang: qui in ea obidione prę ceteris insi/  
gnes hab. ti sunt: dū politis insidiis duos Malacenses capi  
unt: ex qbus & paulo post ex transfugis nuntiātū est: op/  
pidanos famę laborare: qđ ubi in castra pcrebuit: clemē  
tissimus rex pro explorato hñs: non minus esse impato/  
ris cōsilio uincere q̄ armis: imitatus Scipionis exemplū  
dicentis Malle se unū ciuem seruare q̄ mille hostes occi  
dere. oppugnatōni aliquot dies supledendū censuit. In/  
terea oblesit eo necessitatis & inopię deuenere: ut itā non  
nulli: qbus res familiaris domi angustior erat: ante limia  
potentiorū pcumbētes in ipsis pcibus expiraret. alii terrā  
moriētis mordebāt: plures hōiez exuēs es funestas eplās  
& nepharios cibos inueniebāt. inter alios de his rebus: a  
qbus natura abhorret rixa erat: quippe qbus nisi semet  
iplos cōmederent: nihil quo uiuerent reliq erat: iamq; li  
beroz seruozq; cura relictā sibi quisq; cōsulebat. Cerne  
res post captā urbē exesa corpora: ossa nudata: cōditos o/  
culos: liuidas carnes: & expssuz dētibus tabū. tota deniq;  
ciuitas: unius deficientis spēm hēbat. Captiuoz prererea  
xpianoz triste spectaculū fuit. Pallidi. n. & exāgues erāt:

& citra spem cōualescendi afflictī: infernis imaginibus  
siles. Tantis igit malis circūuenti oppidani eo recurrūt  
& cupidissime petūt: qđ paulo ante cōtēpserāt. Igit collo  
quiū ultro ferūt: & legatos q de pace tractarent in castra  
mittūt. Fuere q pacis conditōes a legatis oblatas nō im/  
probarēt: q dicerēt nō ulterius cūctandū esse: sed hostes  
quīs rōe urbe pellendos. Quā sententiā pleriq; pccres q/  
bus mēs erectior erat uehemēter ipugnarūt: diluasētq;  
oppidanoy deditōem: nisi libere se & sua regię maiesta  
ti pmitterēt: ne quāq; admittendā. In eo aut qđ obiciēbāt  
nihil piculi esse qñ bis oibus et aliis q̄ uenire possent in  
compabilē regiā prudentiā & diligentiā longe antea pro  
spexisse: quo factū est: ut Rex oratoribus rñderi iusserit  
uictis accipiēdis nō ferēdas pacis conditōes. Mesti igit  
legati in urbez re infecta reuersi sunt. preter unū Gome/  
roz Prefectū: paulo post sua spōte xpī charactare insig/  
nitū. Ciuitas ergo solutis induciis denuo tormētis oppu/  
gnari: et acriter defendi cēpta est. Vex urgēte indies acri  
us fame: ipsiq; mēbra ulterius sustinere nō ualentes: per  
lras impetrare conant qđ p legatos nō poterant. Urbem  
igit ipsam: dulcem patriā: & bona deniq; oia per lras pa  
trio eoz sermone cōscriptas Regiē maiestati offerunt:  
seruitutē mortēq; tantūmō deprecant: nec tūc quoq; ex  
auditi sunt. Adeo. n. in nros seruierant: ut nullū sibi uenīę  
locū reliq̄rūt. Tandē uictoria facilis ex difficillimis re/  
bus secuta est. Nam cū diuina & humana ope destituti:  
nullā spem subsidii haberēt: ac ferro: fame: peste: ad nihī  
lū fere redacti essent: deditōem libere fecere. Seruitutis:  
opū. fortunarūq; suaz Regiē maiestati ptate permittit:  
uita solummō exorata. Satiū enim humaniusq; iudica/  
rūt: qui ex tāta clade supfuerant: opibus rebusq; suis pua  
ri: & uictos uictoribus seruire: q̄ ad interitōez usq; dele/  
ri: ac fame funditus pīre. Sabbato itaq; xv. kl̄s septēbris  
anno salutis septio & octuagesimo supra qđringētesimū.

& millesimū: nostri in arcem (quaz Alcazauam uocāt) introducti sunt. In qua exterminato: fugatoq; ex diutina Malace possessione: Mabumetico nomie: eiusq; spurcissima secta: cruz Christi primo: deinde gloriosissimi apostoli Iacobi uexillū: & tertio loco Regia insignia: in conspectu totius exercitus: cum maxima omnium gratulatione & acclamatione eleuata & ostensa sunt. Sequenti die arx Gibralfarum: & mox alię arces: quę multę in ciuitate existunt: & tota deniq; urbs pari leticia receptę sunt. Eandem calamitatem sensere duo munitissima oppida in proximo sita: Mijas & Ossuna: a quibus nostri & in hac obsidione: & antea maximis incommodis affecti sūt Captiui Christiani numero quingenti uel circiter pristinae libertati restituti. Nonnulli preterea heretici Mosayce perfidie: iam pridem in hac urbe se receperāt: de quibus simul & de perfugis summū supplicium sumptum. Capta sunt in ea urbe multa milia Sarracenoz: ingensq; preda: adco ut inter tot opes: & captiuorum: & aliarum rerum ciuitas ipsa minimū uideatur. Captiui partim proceribus militibusq; dono dati: partim publice uenundati: ac precio redempti. Reliqua preda pari modo distributa. Sic uicti hostes: & seuericie: & pertinacie: poenas dedere: & quos nulla arma: nulla mali uis: superare potuit: durissima necessitatum fames consumpsit. Demū Regie Maiestates tanta uictoria potite: immortalī deo: cui omnia tribuunt perpetuas gratias agentes: magna omnium gratulatione: in modum triumphi in urbem admissi: nunc maxime intente sunt constructioni templorum in hac urbe dedicandorum: ut parem laudem & gloriam fortitudinis: tum religionis assequantur.

Deo Gratias:.

¶ Ad Reuerendissimum. D. Car8. Andegauē Dīdaci Muros. R. D. Cardinalis hispanie secretarii de uictoria Serenissimi Regis hispaniaz cōtra Mauros granatēses. anno. lxxxviii feliciter parata Epistola Incipitur:.

¶ Scripsi anno superiore Reuerētissime pater & amplissime dñe: quāta uirtute & constantia bellū Mala cen suseptū absolutūq; sit. Nūc uero cū luce clarius intuear: Christianissimos Ferdinandū & belisabeth Regem & Reginā nros: sancti incepti cupiditate flagrare: Celestia numina uotis suis aspirare: tuā preterea amplitudinem auido huius rei intelligēde desiderio teneri: haud quā par fore iudicaui uel sacras maiestates silentio indulgēs hac laudis & glorie mercede frustrari (nec. n. aliud tanta uirtus laborū periculozq; premiū desiderat) uel magnitudinē tuā absentisq; omnis tā Religiosa leticia fraudare: quē quidē laborē etiā si mihi nō mādasses clarissime Antistes tanto libentius uendicassent: quanto fulgentes boz Regū uirtutes (inter q̄s eoz felicitas minima est) uberiorē scribendi materiā omnibus uel mediocri ingenio predictis prebēt. Nam (ut alia omittam) quis nō miratur: ac celestibus potius q̄ humanis operibus tribuat: q̄ parua nroz manu: paruū aut nullo hausto cruore (qđ optare fas esset nemini) hoc anno gesta sunt: que pulq̄ scribere aggrediar: nō ab re fuerit: quo magis diuina uirtus appareat: quantū negociū atq; difficultatis expeditio huius estatis habuerit: paucis expedire cū Regie maiestates externo anno & Bellezmalace urbis expugnatione & malacē obsidione (que longior ac difficilior opinione omnium fuit) tū etiā stipendio militibus soluēdo: alimentisq; in castra uehēdis: publicū aerariū exhaussisset ac insup q̄s alienū grande conflasset: multi preterea ex Regio exercitu robora militū interissent & omnes de

in longo labore defatigati: aliisq; multis incommodis  
uexati: nequaquam bello sequenti anno inferendo suffecturi  
essent repente emerit aliud horribile & intolerabile ma-  
lum: quod expeditione iam dudum Regia mente con-  
ceptam: non modo differre: uerum etiam prorsus euertere  
uidebatur. Nam tam graue sydus Berbycam fere totam  
(unde precipue delectus habendus comestusq; in por-  
dandus erat) hoc anno afflauerat: ut ciuitates & oppida  
peste laborantia (miserabile dictu) incolis uacua: funeri-  
bus referta offenderes Nequicquam tamen miseri conantur  
eundere: qui dum secreta loca petunt & in solitudine &  
ad feras confugiunt: quocumq; profecti contaminato pas-  
sim spiritum polluti: eos horrenda lues & inexorabile fatum  
persequitur. Verum licet hec maximo essent impedimento  
& que facultatem rei bene gerende: optimo & potentissi-  
mo cuius imperatori adimerent (uanus enim inanissq;  
est sine uiribus martis conatus) non tamen usque ad hoc Regi-  
as maiestates altum quidem & erectum animum pre se gerentes  
deturbarent: ut a sancto proposito retardarent. non immemo-  
res illius dominici precepti. Non debet arator dignum  
opus exercens uultum in sua terra referre. Sed quoniam ob ea que  
supra commemorauimus copie in bethica delectus habe-  
ri: aut comestus importari non poterant per Tarraconensem  
plagam que bethice in ora maritima coniungitur: bellum  
geri placuit. tum quia hostibus Abdara alsi liberam que al-  
meria dicitur Guadixem & Bazam magnas & opulentas  
hostium urbes incolentibus uicinior est: tum etiam quo earum  
situm & loca specularentur que a nostris eo quod in interiori  
israelitarum parte sepositae sunt nondum uisae aut exploratae  
fuerant: nec quibus copiis ad illas oriendas expugnandasque  
Regi opus foret satis cognitum. itaque cum primum aduentate  
uere ex Regnis aragonie & Valentie quo se hyematum  
contulerant in hanc ciuitatem Murciam in fine Tarraconensem

& in agro cartagineni sita: que commodior belli sedes habet  
estate uisa est puenere. illico fractis difficultatis uinculis  
de bello gerendo cogitarunt. Nam cum ea mente sanctam  
expeditionem suscipiant: ut religionem Christi potius am-  
pliare: quam terrenum imperium studeant: animum supra necessi-  
tates erigunt: nihilque tam arduum atque difficile futurum arbi-  
trantur: quo uirtus non possit euadere: qua longe plura quam  
uiribus uincunt. Igitur a longinquis regionibus quando  
cum uicinis peste labefactatis: nullum erat commercium mili-  
tes delegere: pecunias: comestum machinas: tormentaque  
genera: ferrea: saxa: catili: nea: & reliqua bello necessaria: im-  
perare ceperunt. Classem preterea (quam semper in freto her-  
culeo & iberico mari: ad fugam granatensium cum captiuis  
christianis intercipiendam: subsidiumque affroz inuolandum  
instructam tenet) presto adesse iusserunt: qui quidem delectus  
longe minores solito habiti sunt: eo quod hic ager Cartagi-  
nenis adeo breuis aridus & sterilis est ut nec magnarum co-  
piarum capax: nec exercitui alendo copiosus existat. simul  
quod Rex hoc anno maiores hostium ciuitates nequaquam ado-  
riri aut oppugnare: sed earum castrorumque deinceps locorumque  
situm tantum speculandi decreuerat. Cunctis igitur leto gra-  
toque animo impata facientibus & terrestres copie in ciui-  
tatem Lorcam: que hostibus per orientalem Tarraconensem  
meridiem uersus propior est ad diem uenire: & ualida  
classis eodem quoque tempore in mari apparuit. Itaque con-  
gregato exercitu magnanimus Rex quarto idus iunii di-  
uinis auspiciis alorca cum copiis mouens ciuitatem Bariam  
olim abderam & reliqua oppida: arces & castella in ora ma-  
ris & in mediterraneis Abdara alsi liberam Bazamque uer-  
sus sita in primis adoriri atque obsidione cingere statuit: nec  
enim aliquam illarum trium ciuitatum his prius non expugnatis aut  
deditis quam multa & munitissima sunt: queque & uicinitate &  
multitudine principes ipsas munitiores redunt tuto obsideri

aut capi nec comeatus ceteraq; bello necessaria in castra  
abiq; magno nro periculo & incōmodo conuehi pos-  
sent: quocirca ipi cūlatores primo mox Marchionē Ga-  
diceñ uirū clarissimum & qui in hoc sancto bello pluri-  
mum obsequii immortalī deo ac suo regi prestitit. prae-  
fectumq; Murcie cū parte exercitus ad ciuitates & opi-  
pida Mauroz sollicitāda & hostiles animos temptādos  
locumq; castroz & future obsidionis occupandū muni-  
endūq; premisit. Exleges uero nostroz aduētū cognito  
Regiam uirt. tem. cum felicitate horrentes: tanta formi-  
dine affecti sunt: ut illico de deditiōe cogitarent. Potē-  
tissimj Regis aduentum tantummodo prestolantes quo  
paulo post cū reliquis copiis aduentante Barbaroz ani-  
mi adeo conterriti sunt: ut ueniēti facile sese crediderint  
portas aperuerint. Ciuitates oppida & castella: que in eo  
Bethice angulo sita erant patefecerint: facultatem ma-  
nendi: aut optionem quo mallent abeundi tantūmodo  
paciscentes Rex idcirco secunda fortuna usus: Primo  
ciuitatem Bariam antiquā quidem & ore maritimē p-  
pinquā cepit. Deinde byznalyt alias Caueas. Moxacar  
Caprera. Trabiā al's Theresa. Xorba. Nixar. Huebro.  
Trabales. que oppida in ora maritima Abdarā uersus  
sita sunt. In mediterraneis uero hec capta sunt. Gueyral.  
Zugena. Huercal ueyra. Lubrey. Bidar. Xerana. al's Sey-  
rena. lulla. torillas. lucaynina. alborax. al's alborea. cātorā  
finix. lijar. coadbar. bntalab. belesic. cazoro. In cle febreis  
xercal. lulladecaxaro. tarba. xercos. tabalic. benimina. be-  
nitarafa. baminadla. aximicid. alcudia alhabia. xcnex.  
benegnazil. benelibil. almaches. benezano. partaloba oria  
albox. aliaq; loca & castella minutiora: quoz noia qā ig-  
nobilia & obscura sūt ptermittēda celsui. His celeriter &  
uno (ut aiūt) spū captis: alimētisq; & militari p'sidio. cō-  
munitis inuictis. rex & si uoti sui cōpos effect⁹ eēt (mīto

plura enī hoc anno paruo exercitū cepat (manus autem  
dñi non est abbreviata) q̄ aliquo supioz annoz expug-  
nauerat. ulterius tñ proficisci parat. Igitur idoneo milite  
ad castroz impedimētōzq; custodiā: ad bariam relicto  
iple cū expeditis copiis profectus: interiora hostilis ter-  
re uiscera penetrauit. oppida: loca: saltus: eoꝝq; situm (ut  
egregium decet imperatorem) exploraturus: eoꝝ cursu  
ad Abdaram alias iliberā ulq; applicuit. Vbi parumper  
moratus & situ loci: & omnibus und. q; speculatis: hosti-  
bus prouocatis: leuibusq; preliis utrūq; cōmissis: inde ad  
Bariana castra ubi impedimenta reliq̄rat: feliciter regre-  
ssus est. Et quāq; ad propria iam reuert: nec ultra p̄gredi  
constituisse: inter redeundū tamē Bazan uisere & specu-  
lari decreuit. Igitur motis paulo post castris: alimōiaq;  
ad certum diem Militi data: ad septētrionalē plagam:  
mediterranea q; hostium loca se conuertit: ac per conual-  
lem Baze exercitum traducit: in qua felicitatem suam ei  
sepius aspirare gaudentem facile expertus est: nam pre-  
teritis non contenta Bellez album. Bellez rubeum. Holsā  
Horcem. Galaeram. Castillam. Cular. Benamaurel: non  
contempnenda mauroz oppida: cum munitissimis arci-  
bus in potestatem suā redegit. quibus receptis ac ualido  
presidio firmatis: ad Bazam speculandam ire contendit.  
copiasq; admouit: ibiq; hostibus puocatis: nec ultra me-  
nia obuā p̄gredi ausis: leuā certamīa pro portis ciuita-  
tis commissa sunt. In quibus plures hostiū cecidere: Ex  
nostris uero: & si aliqui iaculis ab urbe missis percussī fue-  
rint: pauci tñ aut nullus desideratus: p̄ter Montese Anti-  
stite: qui cū paulo ante clam rege in castra uenisset (nec  
enī corā licuisset ob aliqua temere p̄petrata: & ei a Regia  
Maiestate nondum cōdonata) dū nīmīū uisendi aut di-  
micādi audis: menibus urbis plus equo infelix se appli-  
cat: hostili ictu p̄ aera misso trajectus interit: siue diuino

nutu siue fato hominis iam appropinquate id acciderit:  
nescio deus scit: hoc tñ nō ignoro qđ licet nūq̃ melius  
cadere potuisset: si pugnās tñ occubuisset: forte uita co/  
mite incolumis euasisset: seq̃ ad secundiora reseruasset.  
Bacēses uero cū ex urbe irrūpere: nrosq̃ in castra iam  
redeūtes: a tergo inuadere conarētur: nō alacres nec in/  
cruēti inde abiere: Nā cōcitatis xp̃ianoꝝ militū animis  
signoq̃ felicitatis dato: permulti infidelīū occisi: plures  
sauci: & oēs deniq̃ male accepti in fuga sp̃e salutis col/  
locātes: nrisq̃ insequētibus fugiētes in urbē nō ulterius  
pgressuri se receperūt. Ceterū his psperis gestis & om/  
nibus ūdiq̃ speculatis: templisq̃ in locis religioni partis  
opa & munificētia Regine erectis & diuino cultui dedi/  
catis: Captiuus p̃terea xp̃ianis qui in ptate exlegū erāt: li/  
bertati pristinq̃ redditis: ceterisq̃ omnibus p̃ loco & tpe  
cōpositis: indulgētissimus rex receptui canere iussit: itaq̃  
quinto & trigessimō die postq̃ terras hostiū ingressus fu/  
erat incolumi exercitu: ac prēda onusto. feliciter regre/  
ssus: magno nobiliū procerūq̃ agmine stipatus: ac solē/  
ni antistitū & sacerdotū pōpa. ingētiq̃ populi clamore  
& gratulatiōe in modū triumphī exceptus: in eadē diuē  
Marię maioris huius urbis rē diuinā de more facturus  
se contulit. Inde (Pulchra Regina. pulchro Nympharū  
choro. decora obuīam ad limen aulę usq̃ progressa) in  
regiam se recepit. Licebit hīc admirari mirā rerū muta/  
tionem: & humane inconstantie singulare documentū.  
Nam cum paulo ante per multa de hostiū apparatibus  
nuntiarentur: crederenturq̃ non solum ut hactenus fece/  
rant: se strenue defensuros. sed etiam bellum nostris ul/  
tro illaturos. Quippe (qui nullis antea armis insidiis: ter/  
roribus: minis: cladibus: fame: ferro: aut aliquo tormēto  
rum genere ad deditionem cogi poterāt: sed feris uehe/  
mentiores: humanas prope uires excedentes: animasq̃

mortis cōtēptrices gerētes (nichil. n. fortius despatis)  
p̃riam nō uti conseruandā tuebātur: sed q̃li iā perditam  
uendicabāt. Nūc uerla uice cōminuit eos deus añ faciē  
uēti ut lutū plateaz deleuit eos. Igit̃ restincto impetu ino/  
pes cōsiliū & animo cōfusi: atea dediti & sub iugū missi  
q̃ oppugnari sint cepti. Et qui prius pprie necis auidus:  
uter por occūberet certabat: nūc rabie mollita furorem:  
gratulabūsus cōtēdit uti por in deditionē ueniat. Adeo  
ut lōge beator & maiori laude dignior: inter eos habe/  
atur: qui prior impata fecerit. Ludere fortunā dixisset ā/  
tiquitas: nos tñ diuine p̃uidentie cuncta tribuamus: cui  
prona facultas ardua pianare & curua in directa referre  
Nō incōgrue cōueniret hoc loco tate Regie felicitati il/  
le cesareus titulus in curru de uictoria pōtica inscriptus  
Veni: uidi: uici: in celestia cū terrenis: facta cū p̃phanis  
cōferre nephas esset. Haud secus. n. felicissimus. Rex se/  
cūdis. hoc est diuinis auspiciis usus. plurimoz dieꝝ bel/  
lum magna celeritate cōfecit. & ostentato Marte hostes  
(qđ est pulcherrimū uictorie genus) errore pdomuit.  
Inter hęc nō sūt silētio p̃tereunda Religiosissima Regi/  
ne officia. Nā dū Rex prospero Marte hostes inuadit.  
hec lachrimis cū superis contendit. Petit ille ordinibus  
mauroꝝ terras. illa celos p̃cibus penetrat. Rex mortales  
Regina immortales superat. Hic hostes fidei oppugnat  
Hec celestes fide adoritur. Illi est bellū cū terrenis. huic  
cū celicolis nō tñ gīgāteo more certamē. Ille acies cas/  
tella uictores leones uictrices aquilas regit. hec puellarē  
uirgineaq̃ chorū castū. sanctū immaculatū ducit. Ille  
copias lustrat. hec sacra loca. Excubias castrēsēsq̃ uigili/  
as Rex exercet & in hostē classicū canit. iubet. at Regia  
Christo ante lucanos hymnos canit. Vir cesareus & for/  
tis & bello idoneus. barbaroz feritate acie cohercet. cę/  
sarea coniūx de Religione uiro exercitu sollicita uigiliis

Supplicatiōibus inedia cum cētu femineo: die noctuq:  
īmortali deo uarias pces fundēs: maceratur. Nec his cō  
tēta ī castra mittit: q hospitale Regine (sic. n. appellār)  
hoc est asylū pauperū: saucioꝝ: oīmꝫ egrorātū capax  
uisant: prepositos & ministros: pia mīsteria minus bene  
gerētes: arguāt: increpēt: abdicēt: eoꝝq; loco alios suffici  
ant. Pretereo pecūias: cōmeatus: supplementū: & reliqua  
bello necessaria: uiro affatū ī castra missa: aliaq; p multa  
egregie: prudēter: ab hac sāctoꝝ regula moꝝ admīstrata  
quo fit ut nō dubitē deū: optimū: maximū: meritis: Inte  
gritate: religiōe: tā sācte maiestatis talia opatū. Reliquū  
est Reuerētissime presul: ut & Catholice fidei ppagatū/  
one: & Regia gloria gaudeas: Gaudeāt cūcti mortales p  
eo qd Christiane religiōis incrementū ad se redūdat Sed  
nos hispani: quos duo micātia sydera regūt: pre ceteris  
felices: nō modo gaudere: sed etiā p nimia leticia exulta  
re debemus: qbus cū nō minor antea pugna cū flagiciis  
q cū hostibus fuerit nūc uiciis ipis: que prius regnabāt:  
extirpatis: & ī exiliū missis: tāta est pacis abundātia: &  
iusticie ubertas: ut augusti tpa: sub hoc impio redire: au  
rea sclā renouari cernamus. Inhabitat certe gloria ī terra  
nra: iusticia & pax osculate sūt. Regē igitur & Reginam  
nrōs: eternis litteris: cūctis seculis linguisq; celebrādos: ex  
audiat dñs: Mittat eis auxiliū de sancto: & de syon tuea/  
tur eos. Tribuat illis scdm cor suū: & ōne cōsiliū suū cō  
firmet. Nec pro mea ī tuā āplitudinē fide: & obseruātia  
lōge uerius q magnificentiū: scribere uoluit: ea lege: ut si  
quid minus erudite: aut eleganter: quod castigatissimas  
cuiuspiā aures offēdat dictū sit Abs te Pater amplissime  
quī id a me tātope efflagitasti: ratio exigatur: me autem  
excuset obsequiū. Vale nrī memor. Murcie quarto kl's  
Augusti āno salutis octauo & octuagesimo supra quadri  
gentesimum & millesimum.



INC